



**De Ortv Et Progressv Ac Viris Illvstribvs Ordinis  
Gloriosissimæ Dei Genitricis, semper Virginis Mariæ de  
monte Carmelo**

**Trithemius, Johannes**

**Coloniae Agrippinae, 1643**

Cap. III. De conuersatione Filiorum Prophetarum, aliorumq[ue] Eremitarum  
ante natuitatem Christi in monte Carmelo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64495)

*De Conuersatione Filiorum Prophetarum, aliorumq;  
Eremitarum ante Natiuitatem Christi  
in monte Carmelo.*

**L**egimus in Historijs veterum, primum *Samuel* conuentum instituisse Prophetarum, quem  
*1. Reg. 16.* & Cuneum appellabant. Deinde translato *E-*  
*4. Reg. 2.* *ELIA* per aëra eius duplex in *Eliseo* spiritus quieuit;  
 qui & ipse cum *Filiis Prophetarum* montem Carmelum temporibus certis incoluit, & viuere ad normam *ELIAE* summopere curauit. Ex his quidem multi suis nominibus per Patres recensentur, de quibus nostrum iudicium non inconsultè suspendimus, eorundem testimonio contenti. Hinc de Mo-  
*Hier. ep. 13* nachorum institutione dicit Hieronymus: *Noster ad Paulin. Princeps Elias est, Dux noster Elisaus, & filii Prophetarum, qui in agros & solitudine habitantes, habitacula sibi construebant iuxta fluenta Iordanis. Erant isti viri multarum virtutum, charitate maximi, devotione & integritate summi, qui in contemplatione Dei suspensi, mundum cum voluptatibus suis contempserunt.* De quibus veraciter dicit Apostolus: *Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis, elegantibus, angustiatis, afflictis: quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, & in caverne terra, qui per fidem regna vicerunt: operari sunt iustitiam, adepti sunt reprobationes.* Isti sunt viri fortes atque prudentes, qui Monasticę Conuersationis fundamenta iecerunt, qui post *ELIAM* montem Carmelum inhabitantes se Habitū & Conuersatione Deo dignos exhibuerunt. Ab his Ordo Carmelitarum initium sumpsit & vocabulum. Ipsi enim Ordinis Carmelitici conuersationem legis tempore seruauerunt, à quibus nostri Carmelitae sub gratia & Nomen acceperunt & Ordinem. Nihil in his omnibus nisi tempus discrepat: merito unus Ordo Carmelitarum & Eremitarum sub lege & gra-  
*tia*

tia dicitur, qui vnius Dei fide & cultu coniungitur. Neque autem cæteris Ordinibus titulus *Elianu*s conuenit; cui etsi conuersatio viræ congruat, tamen nomen loci non concordat. Antiquissimus ergo omnium Ordinum in Ecclesia Dei Carmeliticus sim<sup>o</sup> oīum est, à quo cæteri Ordines principium & formam suæ *Ordo Car.* institutionis acceperunt. Enim uero, quantum at- *Ab illo cæ-*  
*tinet ad auctoritatem veterum Scripturarum, Mo-*  
*nastici propositi princeps fuit Elias & discipuli eius: stitutionis*  
*qui relictus urbibus sibi casulas circa Iordanis fluenta formā ac-*  
*in deserto construxerunt.* Huius sub gratia propo- *ceperunt.*  
*siti primus Baptista Ioannes extitit, qui à teneris an-* S. Irido. l. 2  
*nis solitudinem deserti inhabitauit. Nec putes san-* de offi. c. 15  
*ctos Prophetas Domini, boni solitudinis ignorasse S. Ioā. Bap-*  
*magnitudinem, cum non fuerit minimus eorum, sub gratiâ*  
*qui dixit: Bonum est homini, cum portauerit iugum hui<sup>o</sup> Ord.*  
*Domini ab adolescentia sua: sedebit solitarius, & ta-*  
*cebit; quia leuabit se suprasé.* Sciebant viri sanctis Thren. 3.  
*simi diuino Spiritu illustrati solitariæ vitæ utilita-*  
*tem: & idecirco ante legislationem operibus impen-*  
*derunt, quod demum sub regula constituti Car-*  
*melitæ pro posse imitantur. Et quamuis ELIAS*  
*Carmelitis regulam scriptam non dederit, eis ta-*  
*men exemplo sanctæ conuersationis viuendi nor-*  
*ma fuit, quibus post se & locum & habitum con-*  
*cessit.*

## C A P V T . IV.

*Quando & quemadmodum data sit Regula Fratribus*  
*in monte Carmelo degentibus.*

**S**ancti etenim Patres, qui in monte *Carmelo* siuxta fontem *ELIAE* ante Christi nativitatem habitabant, Regulam conscriptam habuisse non leguntur; sed ipsi norma & regula sibi fuerant, qui exemplo *ELIAE* concorditer viuebant. Deinde post Passionem Domini multiplicata per *Carmeli-*  
*Iudæam* fide Christiana, hi qui in monte *Carmelo* tarū præro-  
*vitam imitatione *ELIAE* ducebant Eremiticam, gatiuam,*

B secun-